Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



93

autem ei cenam ibi. & martha ministrabat.
lazarus autem unus erat ex discumbentib cum eo.
Maria ergo accepit libram ungenti narci pis-
tici pciosi. & unxit pedes ihu. & extersit
capillis suis pedes eius. & domus impleta est
exodore unguenti. Dicit ergo unus ex discipu-
lis eius iudas scariothis. qui erat eum tra-
dituru. Quare hoc unguentum non uenit
trecentis denariis. & datum est egenis. Dixit
autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum.
sed quia fur erat. & loculos habens ea que
mittebantur exportabat. Dixit ergo ihe. Sine
illa. ut in die sepulture mee seruet illud.
Pauperes enim semper habetis uobiscum. me autem
non semper habetis. Cognouit ergo multa turba
ex iudeis quia illic est. & uenerunt non propter
ihm tantum. sed ut lazarum uiderent que
suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem
principes sacerdotum ut et lazarum interfice-
rent. quia multi propter illum abibant ex
iudeis. & credebant in ihm. In crastinum